

*Patti e alleanze di Carlo I con
il marchese Obizzo d'Este, con
Ludovico, conte di Verona, e con
i Comuni di Mantova e Ferrara.*

Basilicata University Press

—

Digital Humanities

Edizioni e data-bases digitali
sotto la direzione di Fulvio Delle Donne

*Patti e alleanze di Carlo I con
il marchese Obizzo d'Este, con
Ludovico, conte di Verona, e con
i Comuni di Mantova e Ferrara.*

1265-11-12

Nos Karolus etc...

Notum facimus universis... quod Nos pactionum colligationum societatis et amicitie federa inter serenitatem nostram ex parte una, et procuratores seu syndicos nob. virorum Opiczonis Marchionis Estensis, Ludovici Comitis Veronensis, nec non Mantuani ac Ferrariensis Communitatum... ex parte altera, nuper inita, ratificamus.... et per Alexandrum, clericum nostrum, in animam nostram prestari facimus Nobis presentibus iuramentum; ac presens scriptura, in qua totus tenor instrumenti confecti super eorundem federum negotio annotatus est, exinde fieri et sigillo Maiestatis nostre... iussimus communiri. Tenor autem pred. instrumenti talis est. In nomine Domini, amen. Anno eiusdem MCCLXV, pontificatus dom. Clementis Pape IV a. I, ind. VIII, IX augusti. Per hoc publicum instrumentum notum sit cunctis...quod ad honorem Dei et B Marie semper Virginis et Sancte Romane Ecclesie, infrascriptas pactiones et colligationes, amicitias et societatem fecerunt excellentissimus dom. Karolus... Rex Sicilie... ex una parte, et prudentes viri Pansaninus De Turelis et Petrus de Misatis, procuratores nob. viri Obizonis Marchionis Estensis et Anconitani, et syndici comunis Ferrarie, et Philippus de Capharis, et Aymericus de Asandris, procuratores nob. viri Lodoici Comitis Veronensis, et syndici comunis Mantue... ex altera; videlicet quod prefati syndici et procuratores....promiserunt dicto dom. Regi...quod pred. Marchio et Comes....et pred. comunia in perpetuum adherebunt parti Ecclesie et dicti dom. Regis..., et quod iuvabunt toto posse in Lombardia, cum armis et sine armis, ipsum dom. Regem...contra Manfredum olim

Principem Tarentinum , et contra Ubertum Pelavicinum et omnes adiutores eorum, et contra omnes inimicos dicti dom. Regis....; et quod dicti Marchio et Comes etc. non facient pacem vel treguam...cum inimicis...Regis...sine expresso consensu...Regis....Et promiserunt...quod pred. nob. Marchio et Comes etc. dabunt toto suo posse consilium et auxilium ipsi dom.Regi, ut... milites....et balistarii et gentes omnes...Regis....possint per totam Lombardiam ire et redire et stare libere et secure, quotiescumque...et quandocumque voluerint; et quod eos recipient in suis civitatibus.. sicut amicos....Que omnia dicti syndici et procuratores.... iuraverunt... observare..; et renovabunt sacramentum heredes dictorum nobilium post decessum eorum, et homines dictarum civitatum de quinquennio in quinquennium, salvo honore et mandatis Ecclesie Romane, et exceptis de conventionem predicta dominis de la Turre et comunibus Mediolani Pergami Cremarum Laude et Novarie. Versa vice dictus dom. Rex promisit.. pred. procuratoribus et syndicis.... iuvare ipsos nob. Marchionem Comitem etc...contra Manfredum olim Principem Tarentinum , Ubertum Pelavicinum et Bosonem de Dovia et omnes adiutores eorum,...et manutenere ipsos nobiles,..et dicta comunia Mantue et Ferrarie... in eo statu in quo sunt..; et quod non faciet ipse dom. Rex... pacem vel treguam vel guerram recedutam cum inimicis... nobilium... et civitatum sine... consensu dictorum nobilium... et... comunium... Hoc acto inter eos quod... dom. Rex ultra dictas civitates possit recipere alias civitates et castra vel dominos castrorum volentes venire ad hanc societatem, exceptis exbannitis malsardis et inimicis dictorum nobilium... et comunium... Que omnia... dom. Rex... promisit... bona fide attendere et observare... et quod post decessum... heredes sui

renovabunt sacramentun..., salvo honore et mandatis
Romane Ecclesie, et exceptis de conventionem predicta
Rege Francorum, Comite Pictaviensi, Merchione
Montisferrati, Comitibus Sabaudie et Ianuensibus, et
exceptis dominis de la Turre et comunibus Mediolani,
Pergami, Laude, Novarie et Cremarum... In cuius rei
testimonium etc. Actum Rome, in palatio Capitolii,
presentibus Archiepiscopo Cusentino, dom. Goufredo de
Bellomonte Cancellario Bajocensi, mag. Andrea Spillati
Cappellano dom. Pape, dom. Roberto de Lavena juris
profexore , dom. Roberto de Baro Prothonotario dicti
dom. Regis, dom. Uberto de Regio iudice palatino , dom.
Riccardo Petri Anibaldi et Anibaldo dom. Trasimundi,
testibus ad hoc vocatis et rogatis. Et ego Leonardus
de Piperno, sacrosancte Romane Ecclesie scriniarius ,
predictis omnibus vocatus interfui etc.

Datum Rome per manum Roberti de Baro, Magne Regie
Curie nostre Prothonotarii, XII novembris, VIII ind.,
Regni nostri a. I.